



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

II. An Verbum Sacramenti sit Prædicatorium, an Consecratorium?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

tamen nūquam usurpauit; quod, Ioan. 16. *Multa habeo dicere vobis, aiebam, que non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Atque ex illo didicit Apostolus, q[uod] de Matrimonio dixit, Eph. 4. *Sacramentum hoc magnum est, sc. viri foeminaeque coniunctio significans illam Ecclesiam mecum.* Subinde tamen extare volui in Bibliis vocem *Sacramentum*, ubi non denotaret signum rei sacræ; sed rem ipsam secretam: Vt Tob. 12. *Sacramentum Regis abscondere bonum est.* Ita Eph. 1. *notum feci vobis Sacramentum voluntatis meæ.* Et, i. Tim. 3. *Magnū pietatis sacramentum est incarnationis.*

## QVÆSTIO II.

*An Verbum Sacramenti sit Predicatorium,  
an Consecratorium?*

## II. ANTICHRISTIANISMVS.

**L**UTHERANI & CALVINIANI in baptismo volunt concionale, & conceptum baptismale:

1. Sed Calvinistæ volunt id esse necessarium ad essentiam Sacramenti; Lutherani vero ad fructuosam susceptionem eiusdem.

2. In Cœna Calvinistæ solum concionale requirunt: Lutherani etiam Verba institutionis: et si diversimodè. Vide *Lutherocal.* p. 3. q. 5.

**C**HISTVS. I. Ego vero in Cœna sum certâ verborum usus formâ ad benedictionem panis: *Hoc est corpus meum. quod pro vobis datur: dein iussi idem usurpari: Hoc facite in meam commemorationem.* Luc. 22. Facite, dixi, totam scilicet Adiunctionem verbi & facti.

Et exinde usque huc ita factum est. Sicut & in baptismo, dixi; *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine.* &c. Sic & factum, fitque adhuc, teste Traditione verborum horum: *Ego te baptizo in.* &c. & non aliorum. Necesse est igitur certis uti verbis, si qui velint facere, quod feci ego.

2. Cum igitur in Baptismo suscipitur Ecclesiæ Autoritas; cur non & in Eucharistia, ceterisque Sacramentis?

3. Sic in Confirmatione usurpatum forma orationis cum impositione manuum ex Act. 8. An Pœnitentia tenetur forma ex Ioan. 2. *Quorum remissio peccata.* &c.

5. In Ordinatione item concepta feratur, cum manuum impositione.

6. In Unctione item ex Iac. 5. Traditio formam petuit ac retinuit.

7. In Matrimonio similiter formam transmisit ad nos Traditio sancta.

I. Nec Concionale Verbum requiri volui.

1. Quia nūquam vel præcepto, vel exemplo sic institui. Quoad Baptismū fit mentio nulla Conciones: vt Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu.* &c. Mar. vlt. *Qui crediderit & baptizatus est.* &c. 1. Pet.

3. *Vos salvos facit baptisma.* Tit. 3. *Salvos nos fecit per lacrimas.*

2. Quia dixi, Mat. vlt. *Docete omnes gentes, ætate sc. adultiores prius catechizate; vt recte sit, non quod ea catechizatio forma sit essentialis baptismi;* ceteroquin parvuli doctrinæ incapaces tamen non possent; Attamen *Baptizate eos in nomine.* &c. Ethæc sola formula est necessaria.

Vnde



Vnde Eph. 5. dicitur, *Mundans eam lauacro aquæ in Verbo vita, non Concionatorio; Sed illo, Ego te baptizo in &c. Ita verè S. Patres id exposuere.*

Neque item in Synaxi fieri oportere concionem docui, Mat. 26, aut Apostolus, i. Cor. ii. Facta Cœnâ sermonem habui; sed eum non Eucharisticum. Par cæterorum est ratio Sacramentorum, quoad formam conceptam, minimeque concionalem.

3. Denique *Baptizantes in nomine Patris, &c.* baptizare est, non prædicare: Quo iussi ad baptismum IN VOCARI Deum formula sub concepta verborum: non prædicari prius, nisi ad adultos catechumenos, hos docete prius ut capaces, non solum de Trinitate, sed etiam de Incarnatione, Passione, &c. oratione, vitaque Christiana.

## QVÆSTIO III.

*Quis esse Minister Sacramentorum debet?*

## III. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERVS lib. de Missa priu Minister Ve:bi & Sacram:ntor m:esse vel diabolus potest, Eoque magis quilibet Christianus baptizatus vir seu feminina. Vide in Lutherio-cal. p. 390.

CHRISTVS. Ego non Angelis dixi, nec quibusuis Christianis; sed Apostolis, Matth. 28. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in Nomine. &c. Luc. 22. Hoc Facite in meam commemorationem. Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata, remittentur eis.

2. Et de me Apostolus, Eph. 4. Christus ascens: dedit dona hominibus. Nam unicusque nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. &c. Dedit quodam quidam Apostolos, alios. &c. Et Hebr. 5. Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constitutus: Non igitur Angelus bonus, seu malus.

## IV. ANTICHRISTIANISMVS.

LUTHERVS. Qui uis baptizatus sit sacerdos in baptismo, potestque sacra omnia ministrare. Sed non expedit visus potestatis, ob confusionem, sine Vocatione

CHRISTVS. Apostoli mei baptizarunt ante passionem meam, Ioanne, cap. 4. teste: & Ecclesiæ non fit credibile quod baptizarint non baptizati. Potestatem quoque consecrandi primum acceperunt in Cœna, cum dixit: *Hoc facite: Absoluendi*, Ioan 20. Quorum remiseritis. &c. Non igitur in baptismo acceperunt: alioquin bis accepissent.

2. Quo rectius dixit Apostolus meus, Ephel. 4. Nunquid omnes Apostoli? Nunquid omnes prophetæ? &c.

Item Heb. 5. Nemo assumit sibi honorem, nisi quis vocatur à Deo, tanquam Aaron: idque ad honoris Potestatem, & Vsum.

3. Quin de me vere idem ibidem. Sic & Christus non semetipsum clarificauit, ut Pontifex fieret.

## QVÆSTIO IV.

An Sacra conferant gratiam ex opero operato?

V. ANTICHRISTIANISMVS.  
VI HERO-CALVINISTÆ peinegant Sacra.

H 3